



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Honestate Canonicorum, Et Aliorum
Ecclesiasticorum Speculum**

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

Quales in Ecclesijs cathedralibus, & collegiatis ad dignitates, &
canonicatus promouendi sint. cap.xvii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63733)

am fiat, in ecclesia, ad quam promoti fuerint, aut in
provincia, si commodè fieri poterit, celebretur.

Verum quoniam in quibusdam provinciis, quædam
cathedrales ecclesiæ tam tenuis reditus sunt, & angustæ,
ut episcopali dignitati nullo modo respondeant, neque
ecclesiæ necessitati sufficiant; examinet Concilium
provinciale, vocatis iis, quorum interest, & diligenter
expedat, quas propter angustias, tenuitatemque inui-
tam vitare, vel nouis prouentibus augere expediat; con-
cedat de præmissis instrumenta ad summū Romanum
Pontificem mittat; quibus instructus summus Pōtifex ex
provincia sua, prout expedire iudicauerit, aut tenues in-
cremet, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. In-
terea, donec prædicta effectum sortiantur, huius-
modi episcopis, qui fructuum subuentione pro diocesis
sua curare indigent, poterit de beneficiis aliquibus,
si curata nō sint, nec dignitates, seu canonicatus,
& præbendæ, nec monasteria, in quibus viget regularis
disciplina, vel quæ capitulis generalibus, & certis visita-
tionibus subdūt, a summo Romano Pōtifice prouideri.

*Qualis ecclesiis cathedralibus & collegiatis ad dignitates,
& canonicatus promouendi sint.* CAP. XVII.

Cum dignitates in ecclesiis præsertim cathedra-
libus, ad conseruandam, augendamque ecclesia-
sticam disciplinam fuerint institutæ, ut qui eas
obtinuerint, pietate præcellerēt, aliisque exemplo essent,
que episcopos opera, & officio iuuarent; meritò, qui
ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo muneri re-
spondere possint. Quocirca SS. Tridentinum conci-
lium statuit, ut nemo deinceps ad dignitates quascum-
que, quibus animarum cura subest, promoueatur, nisi
viginti annorum suæ ætatis annum atti-
nerit, & in clericali ordine versatus doctrinæ ad suum
exequendum necessaria, ac morum integritate
commendetur, iuxta constitutionem Alexandri tertij,
in concilio Lateranensi promulgatam. Archidiaconi
autem, qui oculi dicuntur Episcopi, sint in omnibus ec-
clesiis, ubi fieri poterit, Magistri in Theologia, seu
Doctores, aut Licentiati in iure Canonico. Ad cæteras
autem

*Dignitates in
ecclesiis cathedra-
libus curan-
di sint.*

*a sess. 24. de re-
form. cap. 12.*

*Quales ad di-
gnitatem curæ
animarum ha-
bentem promo-
ueri debeant.*
*b. c. cum in cō-
cilio. s. inferio-
ra. de electio-
ne.*

*Archidiaconi
sunt oculi Epi-
scoporum: &
quas habere de-
beant qualitate.*

M m iij

autem

*Ad dignitates
curam anima-
rum non habent
eis, quales pro-
monendi sunt.
In ecclesiis ca-
thedralibus,
quies quomodo
fidei professionem
facere debeant.
Poena non fa-
cientium fidei
& obedientie
professionem.
Providendum de
beneficio debet
habere sacrum
ordinem illi an-
nexum, vel sal-
tem aetatem ad
illum suscipien-
dum idoneam.
Omnes canoni-
catus debent
habere sacrum
ordinem anne-
xum.
Media pars ca-
nonicatus pres-
byterales esse
debent.
Quilibet ca-
nonicatus con-
ferendi sunt.
Canonicorum vi-
uendi competen-
tia quando et
quomodo au-
genda sit.*

autem dignitates, vel personatus, quibus curam nulla subest, clerici alioquin idonei, & viginti duobus annis non minores ascescantur.

Prouisi autem de canonicatibus, & dignitatibus ecclesiis cathedralibus, non solum coram Episcopo, sed etiam in Capitulo teneantur ad apte possessionis ad minus intra duos menses iudicis suae fidei publicam facere professionem, & obsequia ecclesiae obedientia se permanens, ac iurent. Alioquin praedicti omnes prout, & fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur. Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonatum, aut portionem recipiant, nisi qui eo ordine sacrosancti initiatus, quem illa dignitas, praebenda, aut portio requirit, aut in tali aetate, ut infra tempus a sacra sancta Synodo statutum, initiari valeat. In omnibus ecclesiis cathedralibus omnes canonicatus, ac praebendae habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus, & diaconatus. Episcopus autem cum consilio Capituli, & gnet, ac distribuatur, prout viderit expedire, quomodo ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat, ut dimidia saltem pars presbyteri sint, ceteri vero diaconi, aut subdiaconi: ubi vero consuetudo laudabilior fuerit, plures, vel omnes sint presbyteri, omnino ob id.

Horratur etiam sancta Tridēna Synodus, ut in provinciis ubi id commodè fieri potest, dignitates, & saltem dimidia pars canonicatum in cathedralibus ecclesiis, & collegiatis insignibus conferantur Magistris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in theologia, vel iure canonico. Præterea in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis insignibus, ubi frequentes, & tenues sunt praebendae simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorum gratiam loci, & personarum qualitate non sufficiant, Episcopis, cum consensu Capituli, vel aliquot similibus beneficiis, non tamen regularia, eis unire: vel ratione prouideri non possit, aliquibus ex his similibus cum patronorum consensu, si de iure patronatus eorum sint, quarum fructus, & prouentus reliquorum praebendarum distributionibus applicentur, eas autem

num numerum reducere, ita tamen, ut tot supersint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati ecclesiæ commode valeant respondere: non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & privilegiis, aut quacumque reformatione generali, vel speciali, aut affectione: neque practica vniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore reformationis, aut quibuscumque aliis derogationibus, vel suspensionibus.

Quia inferiora beneficia præsertim curata conferenda sint, & de collatorum indignis, ac inidoneis conferentium pena. CAP. XVIII.

En decreto SS. concilij Tridentini^a inferiora beneficia ecclesiastica præsertim curam animarum habentia, personis dignis, & habilibus, & quæ in loco possint, ac per se ipsos curam ipsam exercere valeant, conferenda sunt; aliter autem facta collatio siue prouisionis irritanda est: & ordinarius collator poenas reformationis concilij generalis Lateranensis incurret^b. Quod illius iudicio, & censura graue nimis est, & arduum, quod quidam ecclesiarum Prælati cum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouere, assumere non videntur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitates sequentes affectum non iudicium rationis: unde quantæ ecclesiis damna proueniunt, nemo sanæ mentis ignorat. Volens igitur huic morbo mederi, præcepit ut primum illis indignis idoneos assumant, qui Deo, & ecclesiis velint, & valeant gratum impendere famulatum: hæcque de hoc in provinciali concilio diligens inquisitio annuatim: ita ut qui post primam, & secundam correctionem fuerit reperiendus culpabilis, à beneficiis conferendis per ipsum concilium suspendatur, iustitiam in eodem concilio persona prouida, & iudicialis, quæ suspensum suppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipsum circa Capitula, quæ in diocesi quæruunt, obseruetur. Metropolitanis vero delictis, Superioris iudicio relinquatur ex parte concilij mandatum. Vt autem hæc salubris prouisio plenior

M m iij conse.

^a sess. 7. de reformatione. cap. 3.

^b sub Innocentio 3. cap. 30. et c. graue. de prouisione. c. digni. Quæritur de malis beneficiarum collatione.

Beneficia conferenda sunt iis, qui Deo, et ecclesiis velint et valeant gratum impendere famulatum. Poena conferentium indignis beneficiis.